

7577 sub praecedente.

//ET////////MHΔΤ//ΔΝ//////////
 ΤΗ Ι/ΝΕΙΦ//ΜΟΝ////////Ν
 ΙΛ////////Ι//ΝΕΙ//ΛΚΟΛΣ////////ΩΝ
 ΥΜ////////ΣΤ//ΑΜΕΝΗΖ////////
 5 ΣΙΓΑΣΣ//\KH//ΙΣΕΦΛΙΛΙΥΛΠΙΩ////////ΑΝ
 ΑΙΔΙΣ//ΓΑΔΜ//ΩΙΝ//ΜΑΣ//\ΩΣΑ////
 ΤΑΣΠΟΛΥΘΡΥΛ//ΥΣΗΡ////ΕΑΣΟΓ////////
 /ΙΩ/ΑΘΑΝΑ//ΣΛΝ//ΓΡΑΥΕΧΡΟΝΟΙΣ
 ΝΙΙ/ΑΙΕΝΟ/ΙΓΟΝ//ΞΙ//ΤΙΛΙΑΗ/ΡΟΦΙΛΙΠΠ//
 10 ΑΝΔΡΣ//ΤΙΣ//ΤΑΙ/ΝΜΟ'Ρ/ΝΕΠ'Υ'Ξ'Α'Μ////

Restitui fere possunt vv. 5—10 hoc modo:

5 σιγάσθ[ω δ'] Ἄλκχ[στ]ις, ἐφ' [ῆ] λ[ί]να π[ρ]ῶ[τον] ἔλυσα
 αἱ δὲ ἐπ' Ἀδμ[ή]τ[ω] νήμα[τα] κλωσά[μεναι]
 τὰς πολυθρυλ[ή]τους ἤρ[ω]δα[ς], ἃς ὁ [παλαιός]
 [α]ἰ[ὼ]ν ἀθανά[τοις] ἐν[κατέ]γραψε χρόνοις,
 νικᾷ ἐν ὀψ[ι]γόν[οις] ἐν Ἀ[τι]λία, ἣ [π]ρὸ Φιλίπ[π]ου
 10 ἀνδρ[ῶ]ς ἀπισ[το]τάτ[η]ν μοῖρ[α]ν ἐπευξά[μεν].

3 NEB ego, NEI Schmidt. — 5 extrema explevit F. Leo. — 6 'intellege Parcas, quae cum Admeto ab inferis redire permisissent, vitae eius stamina tamquam retractarunt' Kaibel. — 9 pro □ legit Schmidtius 13.

7578 sub praecedente post spatium vacuum versus unius.

ΠΩΜΠ////////ΔΕΝΗ/ΣΟΔΟΙΠΟΡΕ/ΙΣΥΠΕΙΛΙ/ΔΡ//
 //ΓΕΥ/Α/ΕΝΗΣΗΔΥΤΕΛΣ//ΙΟΤΣ/

Πωμπ[τ]ίλλης ὄδε νη[ό]ς, ὁδοιπόρε, [τῆ]ς ὑπὲρ ἀνδρ[ῶ]ς
 [αὐτῆ]ς γευ[σ]α[μ]ένης ἡδὺ τέλο[ς] βιότο[υ].

Cf. v. 4 n. 7566: 'quod credis templum, quod saepe viator adoras, Pomptillae cineres ossaque parva tegit'.

Recognovimus alia ad archetypha alia ad ectypa diligenter facta extracto tabulato iubente mea causa Fiorellio. Titulum primarium n. 7563 refert Carmona ms. f. 40'. Deinde ediderunt Mur. 1638, 4 accepta ab Iosepho Danio epigrammata Latina omnia excepto n. 7574, Graecorum n. 7567. 7571 pauca tantum et quae vix cohaereant vestigia; Stephaninius de vet. laud. Sard. p. 32—34 Latina omnia Graecis omissis; Alphonsus della Marmora *voyage de la Sardaigne* vol. 2 p. 486 n. 52 (item in tabula n. 35) Latina omnia, Graecorum n. 7567. 7568. 7571. Nuper Vincentius Crespi Cagliariitanus meo adiutorio usus edidit omnia in Ephemeride nostra epigraphica vol. IV p. 484. Tractaverunt Burmannus anth. IV, 90; Meyer anth. n. 1227; Lebas apud Marmoram l. c. p. 570 seq.; Welcker mus. Rhen. N. S. 6, 90; Franzius C. I. Gr. n. 5759; Kaibel in Graecis epigrammatis n. 547 et a me rogatus apud Crespium l. c.; Buechelerus apud eundem.

Nec mariti M. Cassii Philippi neque uxoris Atiliae L. f. Pomptillae alibi ullam memoriam repperi; casu enim factum est, quod Cassii Philippi medici nomen redit in titulo Emeritensi (vol. II n. 497). Pomptilla cum in urbe Roma nata (7565, 4) graves casus coniugis in Sardiniam usque comitata sit (7565, 4. 7566, 3), habet speciem veri maritum ob crimen aliquod in Sardinia exulasse; sed neque id certum est neque, si foret, recte inde colligitur Philippum senatorio loco fuisse. Vixisse coniuges in matrimonio annos XLII efficitur ex carmine n. 7569; vixisse mulierem annos LXII ex n. 7572 vestigiis Kaibelius probabiliter collegit. Praeterea duo tantum loci sunt, de quibus habeo quod addam, formulam dico tituli sepulcri ipsius (n. 7563) et quae titulo n. 7576 de Iunone leguntur. Et ad illam quod attinet Adolphus Kiessling collega Gryphisvaldensis non minus docte quam acute indicavit nobis Philoxeni quandam glossam (Vulcan. p. 147) 'obua: ἄμβιξ ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν', ubi obuam vocabulum aperte peregrinum mutari ipse vetat litterarum ordo. In titulo autem unum quin vocabulum sit dubitari propterea

nequit, quod singulae litterae punctis non distinctae compendia verborum nescio quae non possunt continere. Itaque verum vidisse puto Kiesslingium, videturque oboos locus dici, ubi obuis, id est poculis, libationes mortuariae fiunt. In epigrammatis n. 7566. 7578 ipsum sepulcrum templum appellatur. Inscriptio Africana vol. VIII n. 2475: *oblo P. I. Macedonis, v. a. XXX, cupula facta fratres ipsius num item huc pertineat, ambigo; lectionis enim est non omnino extra dubium positae.* — Litterae singulares quibus idem titulus clauditur M·S·P sunt ex numero earum, quae certa interpretatione adhuc carent; possunt sane significare *m(aritus) s(u)a p(ecunia)*, sed aliae quoque explicationes aequae probabiles excogitari poterunt, ut de nulla satis constet. — In carmine n. 7576 si quid video errant tam qui de apotheosi nescio qua Pomptillae id accipiunt quam qui pro numine nomen substituunt; immo hoc maritus dicit Iunonem quae fuit Pomptillae vivae, id est genium, iam morte eius conversam esse in Iunonem infernam, vel ut brevius dicam Iunoni successisse deos Manes.

7579 mensa quadrata litteris parvis Cagliari rep. nel bastione di S. Caterina; iam ex dono Spani in museo.

[RIS · L · AVRELI · L · F · OREST · N]

Recognovimus. Spano cat. p. 91.

In fine 1 Schmidt. — Potest fuisse [uwo]ris. L. Aurelii Orestae saec. VI et VII passim nominantur.

7580 Cagliari in aedibus doctoris Antonii Uras sacristani maioris.

L · BAEBIO · L · F · CAL · AVRELIO
 IVNCINO · PROC · HEREDIT
 PROC · AVG · PRAEF · PROV · SARD
 PRAEF · VEHICVL · AD · HS · CC
 5 PRAEF · VEHICVL · AD · HS · C
 PROC · AD · ANNONAM · OSTIS
 AD · HS · IX · PROC · BIRLOTHEC
 AD HS IX LAVRENTIUM
 LAVINATIVM
 10 Q · MONIANIVS POIIIO
 DEC · Q · SIRATOR · EIVS
 V · E · PRAESIDI · RARISSIMO

Servavit Bonfantus (1635) p. 344 (inde Mur. 682, 4).

1 BALBIO — CAL, 7 IX — BIRLOTHEC, 8 IX — LAVRENTII,
 10 MONIANVS POIIIO, 11 F Q SIRATOR traduntur. — Ex maioribus huius videtur fuisse L. Baebius Iuncinus tituli Messanensis n. 6975.

7581 litteris magnis et pulchris. Cagliari rep. ad S. Luciferi IND. TAVR.; fuit in latere occidentali monasterii PP. Trinitariorum SPANO. Deinde in museo.

q. c. CAECILIVS · M · F · Metellus creticus
 PR · VRB PRO c o s
 campum? ET · AMBVLATIONES · PRIVATO solo fecit

Recognovimus. Baille *iscr. Rom. ill.* (1820) p. 56; Ind. Taur.; Gazzera ms. Taur. fasc. 12; della Marmora *voy. II* p. 481 n. 38; Caput p. 125 n. 3; Spano *Bull. Sardo* 1855 p. 95; ego ad exemplum Nisseni in *Hermae* vol. 2 p. 125 (cf. vol. 3 p. 170) et *ephem. epigraph.* 3 p. 14; Vesme in *actis acad. Taur.* ser. 2 vol. 25 a. 1871 p. 50. Henzen 6449.

1 fin. extrema littera certo fuit m. — Egi de titulo locis supra citatis. Scriptus sit necesse est ante a. p. C. 6, quoniam tum proconsules Sardiniae cessaverunt. Metellus is qui hunc titulum posuit videtur esse pater consulis a. p. C. 7 Q. Caecilii Q. f. M. n. Metelli Cretici.